

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 86. Hæretici in Anglia extremo suppicio mulctati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

„quam omisit adjicere animum ad mo- Sæcul. XVI.  
 „rum emendationem, cunctis exemplo A.C. 1555.  
 „futuram; sed res duplice de causa  
 „diutius fuit protracta, & propter Ec-  
 „clesiasticorum repugnantiam, ne cor-  
 „rigerentur, & propter vim, & iniquam  
 „potestatis usurpationem, quam laici  
 „Magistratus adversus Ecclesiæ jus exer-  
 „cebant. Priori parti consuluit tandem  
 „Pontifex quoad plura, & præcipua ca-  
 „pita per Diploma jam digestum, brevi  
 „promulgandum; posteriori vero opus  
 „est, ut Principum pietas, auctoritas-  
 „que prospiceret. In illo Diplomate viri  
 „Ecclesiastici reformantur ducto initio  
 „a Romani Pontificis creatione usque  
 „ad infimum ipsorum gradum. Ec-  
 „quidem oportuisset eas Sanctiones con-  
 „ficere, quæ possent in quacunque re-  
 „gione ad opus deduci; multis tamen  
 „rebus fuit consultum, quæ præsertim  
 „in Ecclesiis Hispanicis ad bonum régi-  
 „men, rectamque vivendi rationem spe-  
 „tabant: si vero illud Diploma satis  
 „non esset, præsto est Pontifex ad ea  
 „omnia adjicienda, de quibus commo-  
 „neretur, dummodo vicissim abusus  
 „laicæ potestatis abolerentur.,,

## §. LXXXVI.

*Hæretici in Anglia extremo suppicio  
multati.*

K 2

His

**Sæcul. XVI.** His itaque mediis summus Pontifex  
A.C. 1555. Philippum, & Mariam ad Sedis  
 Apostolicæ Auctoritatem in Anglia pe-  
**Steid. comm.** nitus restaurandam inclinare nitebatur:  
*l. 25. p. 956.* cum ergo sanctum esset, quod leges  
*Burnet hist. de la ref.* in nupero Senatu contra hæreticos latæ  
*tom. 2. l. 2.* in usum exæte deducerentur, hinc  
*p. 452.* Gardinerus hasce leges exequi statuit,  
*Spond. ann. ad hunc* ut hæreticos aut ad Ecclesiæ sinum  
*ann. n. I.* revocaret, aut eos harum legum seve-  
 ritati sese subjicere compelleret: Igitur  
 die vigesima secunda Januarii Rogerius  
 Londini Cathedralis Ecclesiæ Canoni-  
 cus coram Cancellario de fidei suæ ra-  
 tione interrogabatur, cum autem pa-  
 lam Lutheri sectam profiteretur, die  
 quarta Februarii rogi suppicio affectus  
 est. Postea Hopperus Glocestriensis Epi-  
 scopus sua dignitate Londini exutus  
 inde ad suum Episcopatum abduceba-  
 tur, ut ibidem die nona Februarii pari-  
 fate hæresis suæ pœnas lueret. His  
 duobus ita multatis postmodum San-  
 derus, & Taylorus ambo Viri Ecclesi-  
 stici novæ reformationis studiosissimi  
 comburebantur, & quidem horum pri-  
 mus Conventri die octava Februarii,  
 alter vero Hadlei, ubi Parochi munus  
 agebat, id supplicii genus subibat. Post-  
 modum aliquibus Bretfordi eodem tem-  
 pore ad mortem condemnatis supplicium  
 usque ad nova Senatus mandata dif-  
 fere-

ferebatur, sex tamen alii de hærefis <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 crimine convicti ad carceres traheban- <sup>A.C. 1555.</sup>  
 tur: die vero decima sexta Martii Tho-  
 mas Thompicius Textor, cum realem  
 Christi præsentiam pernegaret, Lon-  
 dini exustus fuit. Demum die vigesi-  
 ma octava ejusdem Mensis, necnon  
 subsequenti tempore in Exonienfi Pro-  
 vincia duo Nobiles Caustanus, & Hig-  
 hedus, necnon Guilielmus Pigotus  
 Braintrii, necnon Stephanus Knighthius  
 Camularlani, ac denique quidam Pres-  
 byter Joannes Laurencia Clocestriæ idem  
 supplicium subiere, nec minus Ferrarus  
 Sancti Davidis Episcopus, cum in eum  
 die decima tertia Martii mortis senten-  
 tia fuisset pronuntiata, die trigesima  
 igne crematus obiit: aliis autem Pres-  
 byter nomine Georgius Marchia die vige-  
 sima quarta Aprilis Cestriæ sub carnificis  
 manu vitam finivit. Verum cum po-  
 pulus cruento hoc spectaculo haud pa-  
 rum exasperaretur, ac Philippus fese  
 odio exponeret plurimorum, qui na-  
 tiva indole ad mansuetudinem, ac pie-  
 tatem propensi Principem, quem hujus  
 severitatis Auctorem existimabant, to-  
 lerare haud poterant, hinc ejusmodi sup-  
 pliciorum executio usque ad Maji exitum  
 differebatur.